



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Basilius Magnus. 1. Ian.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

10 VITÆ SANCTORUM. I. Ian.  
meus! Heu iterum mihi! ô M A R I A ! ô  
Cynthia mea! an palles? dabis eheu!  
etiam tu hodie pluvias. Et ecce imbræ  
lacrimarum ex utroque oculorum cælo  
ruentes. Time peccans adolescentia,  
tute hanc tempestatem dedisti. Cur enim  
hodie jam ad sanguidem iretur, nisi sce-  
leribus tu quoque fores obnoxia. Ecce  
die octavo jam savit culter tuus verè  
faxeus! Sed disce ad infanda scelera, dis-  
ce à cultro tuo erubescere. Disce vulnera  
agnoscere tua. Si nescis, ibi vulnus est,  
ubi emplastrum est.

S. PAVLT C  
*Si tentaris à Diabolof ab omnibus ho-  
minibus opprimeris, si conficeris ægritu-  
dine, si doloribus fatigaris, si desperatio-  
nis agitari spiritu, nomen J E S U edicito.*  
Justinian. serm. de Circumcis.

S. BASILIUS MAGNUS. I. Ian.

**M**Agnum esse B A S I L I U M ad arden-  
tis columnæ facem. D. Ephrem vi-  
dit. Magnum deinde ostendit Chriſts  
ipſe, dum, ſacris operanti a deſſe ſpecta-  
bilis, cum ſancto Duodecim virorum cæ-  
leſtium ſenatu voluit. Sed & talem He-  
bræus nonnemo credidit, cui profano  
adhuic, ſacræ tamen mensæ accumbenti,  
cum minimo in orbe magnum Virginis  
Filiū ē manu ſuā propinasset, manus &  
ipſe dedit. Magnum demum fenserunt ē  
maximis tyrannis duo. Horum alter Ju-  
lianuſ

I. Ian. VITÆ SANCTORUM. II  
lianus (is qui turpe sibi apostata nomen  
peperit) orante contra se **B A S I L I O**,  
sententiam ferente Deiparâ *Virgine*, exe-  
quente D. Mercurio, orbi pœnas perfidiæ,  
quas meruit, dedit. Non felicior  
alter Valens, exilium Divo nostro ne-  
quicquam semel iterumque intentavit.  
Nam sententiam impiam ferre jam cogi-  
tanti, ipsum justius judice suo tribunal  
reclamavit, sellâ diffractâ; & subscribe-  
re laboranti, penna atramentum, quod  
habuit, tertium negavit: ipsa manus face-  
re officium noluit; certe ut non posset;  
exaruit; conjunx filiusque ægri ad cogita-  
tum scelus nolentes etiam ingemuerunt.  
Et filius quidem à magnâ **B A S I L I I** ma-  
nu convaluit. Cui cùm Valens pessimos  
superinduxisset medicos Arianos, filius  
continuò malè mortuus est. At bene no-  
ster, sub annum Christi ccc. lxxviii.  
vixit **B A S I L I U S**; vel hoc uno magnus  
magnique faciendus Partheniis Sodali-  
bus, quod virgo vixit. Ex Surio.

Væ tradentibus Christum ad crucifigen-  
dum; sed vœ cum maligna conscientia sub  
Sacramento sumentibus illum S. Remig.  
Super Matth.

S. O D I L O A B B A S.

I. Ianuarij.

Puer Odilo in D. **VI R G I N I S** perrep-  
tavit claudus, exivit sanus: & cùm  
ire

